



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

18 Clerici sunt immunes à poenitentia publica, prout ad illam publicè  
peragendam laici tenentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Abb. in c. non minus, num. 15. de iuris  
Eccles.

**16** Laici autem † publicè pœnitentes solemnem pœnitentiam peragere tenentur, coram Episcopo civitatis faccio induiti, nudis pedibus, & alijs solemnitatibus servatis, de quibus in cap. pœnitentes, & cap. in capite. 50. dist. clerici tamen solemnem pœnitentiam peragere non permituntur, cap. confirmandum, 50. dist. & gl. in cap. presbyter. 28. dist. sed si sit depotitus, vel pro publico crimine damnatus sacerdos, publicam pœnitentiam peragere potest. dict. cap. presbyter. & ibi gl. & gl. in eod. c. confirmandum, & ratio prohibitionis fuit propter scandalum, quod subditis immineret, ut in 19. additione ad gl. in d. cap. confirmandum, in ver. pœnitentibus, & arg. cap. de his. vers. qui autem d. 50. dist.

**17** Quod † attinet ad privilegium fori, eo gaudet etiam familia Episcopi, licet sit secularis. Abb. in cap. nullus. num. 6. vers. in familia de fo. comp. & in cap. fin. num. 5 de offici arch. d. Oldrad. cons. 293. num. 5. vers. potest & alia. Matth. de Afflict. super const. Neap. Rubr. 9. §. intentionis, num. 7. & est communis opinio, de qua testatur Joann. de Monte Sperello inter cons. Calc. const. 27. Böll. in tit. de for. comp. num. 172. Clar. in pract. crim. quest. 31. vers. que-  
re, nunquid familiaris, & Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 47. & 57.

**18** † Sub ejus nomine venit etiam familia armata Episcoporum, de qua supra cap. 9. quia familie appellatione, omnes, qui in servitio sunt, continetur, etiam liberi homines, qui & bona fide serviunt, vel alieni, etiam, qui in potestate ejus sunt, l. adiles, §. familia, ss. de adil. e-

dict. & omnes, qui cum aliquo habitant, gloss. in cap. 1. 3. quest. 5. & in c. litteris, in verb. de familia, vers. familiare appellantur, de tess. & utes. Quod autem Episcoporum familia gaudent privilegio fori, tenet Dec. in tract. crim. tom. 10. lib. 4. c. 9. n. 47. etiam quod sint laici, ut post Mars. conf. 67. n. 60. Calc. conf. 1. Capit. decis. 12. n. 2. Joann. de Mont. Sperell. inter cons. Calc. conf. 72. ubi de communi testatur Abb. in cap. 2. num. 6. de for. comp. Böll. ead. tit. de for. comp. num. 172. Clar. in quest. 35. & alios, quos citat & tenet idem Farinac. in sue prax. crim. qu. 8. n. 46. par. 1. tom. I.

Sacerdotes autem † semper adeò fuerunt privilegiati, ac in maxima veneratione habiti, ut etiam Gentiles eorum falsos deos colendo, profanos eorum sacerdotes in admiratione haberent, ipsisque reverentiam, & servitutem præberent, ut hominibus sanctis à celo missis, & in Græcia dignitas sacerdotalis æquabatur in omnibus regiæ dignitatibus, ut testatur Plutarchi quest. Rom. ult. Inter Francos etiam maximam auctoritatem, & potestatem sacerdotes Druidæ nuncupati obtinebant, ut scripserunt Elianus lib. 14. cap. 34. Cesar. in Com. Bell. Gall. lib. 6. & Petri. Ribaden. in suo trall. de Relig. lib. 5. cap. 35. in princ.

In Urbe Roma sacerdotes illi erant potestare suffulti judicandi, & decidendi causas, & controversias, quæ oriebantur inter ministros eorumdem inaniam deorum, atque inter magistratus, & personas particulares, ut scribit Dionys. Halicarnass. & inter Germanos sacerdotes determinabant omnia ardua, omni oppositione, & contradictione cessante, Cornelius Tacitus.